

& dividebant illa omnibus, prout quis opus habebat.
 Sed omnibus circumstantiis rite pensatis, facile patet;
 non omnes tamen hoc fecisse, ulterius non fuisse ne-
 cessitatis, sed libertatis, imo si qui vendiderunt facul-
 tates suas, anne fortean vaticinii Christi memores, de
 excidio Urbis Solymæ, eum in finem id fecerunt, ut
 imminentे periculo effugere possent, & simul quo-
 que pauperibus amicum & liberalem animum exhi-
 bere? Si quoque diviserunt, arguit bona sua hoc illorum
^{εὐεργασίαν}, qua partem bonorum temporalium facile
 effuderint, penitus persvasi, quod Deus largus
 Remunerator dupli modo omnia redintegrare pos-
 set. An ex hoc omni jam sequatur Communio totalis?
 id vix credidissent; potius haud parvam, quid quod
 maximam confusionem inde sequi de buisse.

§. XXIX.

Fortean plures causas, quæ corroborare sen-
 tentiam meam possunt, in promptu haberem,
 sed quoisque tenella hæc allata valeant? & an calcu-
 lum aliqualem mereri possint? Eruditiorum commit-
 to benevolo judicio: jam vero reliquum mihi
 adhuc manet, an Communio Bonorum hodie juxta
 allatum exemplum in praxin deduci possit? quisque
 ambabus largietur, si alias præcedentia mea argumenta
 aliquale pondus habent. Communione bonorum
 esse hodie absurdissimam, & penitus impossibilem;
 id quod probo: i) quia nulla lex in Veteri Testamento
 de tali Communione habetur, nec exemplum. Dum
 etenim ad commercium cum hominibus spectat, &
 F
 ad